

Johann Jacob Döbel

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Jacobus Döbelius,  
Med. D. Professor Publicus & Poliater; ad eundum Annae-Catharinae Gerdesiae,  
Matronarum ornatissimae, Frequentes Exequias, Cives Academicos Serio  
Studioseque invitat ...**

Rostochii: Kilius, 1675

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777447320>

Druck Freier  Zugang



Döbelius, J. J.,

in A. C. Gerdes.

Rostock. 1675.

53.







PROGRAMMA

Quo  
RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

JOHANNES JACO-  
BUS DÖBELIUS,

Med. D. Professor Publicus  
& Poliater;

*ad eundem*

ANNÆ-CATHA-  
RINÆ GERDESÆ,


MATRONARUM ornatissimæ,

Frequentes Exequias,

CIVES ACADEMICOS

Seriò Studiosèque invitat.

Conventus fiet in Æde Marianâ Hor. I. pom.



---

ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILLII, Acad, Typogr.

ANNO M. DC, LXXV.



**S**I MATRONÆ, dùm  
viveret, honoratissimæ,  
ANNÆ CATHARINÆ  
GERDESIÆ, cui hanc scri-  
bendi hodiè impendimus o-  
peram, vocis edendæ copia,  
quâ viva quondam instructa  
fuit, jam functæ restitueretur, vix usurpaturam  
credimus illa querula *Hieromartyris* verba: DO-  
MINE, *in qua me reservasti tempora!* sed ista  
magè cum iudicio lætæ & gratæ prædicationis  
conjuncta: DOMINE, *quibus me temporibus voluisti*  
*ereptam!* Enimvero etsi, quod vetustis illis longè  
verissimū extitit, id hisce nostris non verum esse  
non possit, quibus non solum communes generis  
nostri miseræ, sed Gentium ac Civitatum pecu-  
liares ac propriæ, *velut agmine facto, quâ data*  
*porta, ruunt, ac terras turbine perflant;* tamen haud  
mi-

minus rectè, imò multò iustius DEO LIBERA-  
TORI gratias habent aguntque, qui defuncti  
iisdem subducuntur, quàm qui periculis expo-  
siti ac relictì, tanquam sub acie no vaculæ, & suam  
vicem miserantur, & sortem communem deplo-  
rant. Licet enim illos nil forsan consolari aut  
erigere possit, præter spem levamenti, seu permu-  
tationis ( quando nunquam tam versantur nostræ  
hominum res perditè, quin aliqua fortunæ spes  
benivolentioris superstiter ) uti adeò non inju-  
stam querendi dolendique causam habere vide-  
antur; *his* tamen, qui, quicquid miseriarum,  
objectari in hâc vitâ sœvit, jam penitus exsupe-  
ravere, ne quidem recidivæ ullius metus est, qui  
solidam ipsorum felicitatem vel minimum infu-  
scare aut interpellare queat. Quid igitur est, cur  
non ANNA-CATHARINA GERDESIA no-  
stra, & ipsa sibi impensè gratuletur? & nosmet  
patiter eandem ÆTERNITATIS CANDIDA-  
TAM ( ita qui ex hâc terrenâ in Cælestem trans-  
feruntur Civitatem, non invenuste appellat  
Latinorum PATRUM antiquissimus TERTUL-  
LIANUS ) non prædicemus beatam, quæ & feli-  
citer, uti communis hominum fert ratio, suos in  
hac mortalitate annos transegit, &, ut Christia-

( 2

no.



norum & verè piorum est hominum, fide verà  
instructa, spe certâ fulta, patientiâ non morosâ  
munita, piè devotèqve hinc in æternam melio-  
remque vitam commigravit. Quod uti eò cla-  
rius liqveat, seriem rei compendiosissimâ quadam  
scribendi ratione sedet persequi sententia. Au-  
spicata hanc est ROSTOCKI lucem, sub ipsa ferè  
Seculi hujusce jam præcipitantis initia, scil. Anno  
ejusdem V. die 19. Junii, Patre quidem VIRONO,  
biliss. & Excell. DN. MATTHÆO GERDESIO,  
apud *Wismarienses* per 8. & dein apud *Stralsun-*  
*des* per integros decem tresqve annos SYNDI-  
CO benemerentissimo; Matre verò HEDWIGE  
Reichen/ Feminarum ornatissimâ. Avus pater-  
nus fuit VIR itidem Nobiliss. Amplissimusq;  
DN. HINRICUS GERDESIUS, Reipubl. Ro-  
stoch. COS. quondam gravissimus; Avia pater-  
na, ELISABETHA Schmedes / Ampliss.  
DN. BRANDANI Schmedes / COS. filia.  
Proavum paternum habuit, JOACHIMUM  
GERDESIUM, civem heic olim honoratissi-  
mum; Proaviâ paternam CATHARINAM  
Krügers. Avus maternus extitit VIR Ampliss.  
& Consultiss. DN. BARTHOLDUS Reiche/  
initio *Lipsiensis* Academ. Juris Profess, dein ad Ita-  
los

los profectus, in Universitate *Bonon.* eodem functus officio; denique in patriam reversus (*Brunsvicensis* erat) ab *Sereniss. Principe*, HINRICO juniore, Duce *Brunf. & Lüneburg.* Consiliarius constitutus; cui provinciae tam gnaviter praefuisse accepimus, uti plus vice simplici PRINCEPS ipsum ad *Sereniss. Potentissimumque POLONIARUM REGEM*, in negociis haud profecto minutis, ablegare dignaretur. Avia Materna fuit CATHARINA *Könecfen*; Matrona planè eximia. Ut primùm natae prospexerunt Parentes providi de regeneratione, quæ per aquam foret & Spiritum; quâque caelestium consortio, ceteroquin illâ mansionem extorris, adnumeraretur. Dein verò etiam probè eximièque educandam curaverunt. Pudoris atque integritatis habita princeps fuit ratio. Remota omnia fuere irritamenta, quibus ceteroquin in exitiales scopulos ceream ætatem abripere identidem laborant *Urbana Sirenes*. Hinc adeò etiam factitatum, uti apta nuptiis, & potens VIRI, conditionem admodum facile inveniret. Proin VIR O Spectatissimo DN. BALTHASARI *Güßlen* / Civi nostrati egregio, juncta fuit solenniter; eundemque binorum,

rum, sed mox originem suam repetentium filio-  
rum, CASPARIS & GEORGII, Parentem  
fecit. Sed enim neque ipsa Maritalis copula,  
ultra perduravit septennium. Uti gemino Or-  
bitatis infortunio NOSTRA premeretur.  
Viduitatis integrum laudatè exegit trienni-  
um. Quo lapsa, alteris sese nuptiis (in quibus  
nil omninò vitii) applicuit, DN. DANIE-  
LI-CHRISTIANO von Hagen nupta; cui to-  
tos triginta & sex annos cohabitavit, tresque e-  
nixa filias est, scil. MARGARITAM, UR-  
SULAM-MARIAM, & CATHARINAM-  
ELISABETHAM. Quarum media, decen-  
nis saltem facta, mortalitatem deposuit. In  
ordine prima, Anno 1660. VIRO Prudentissi-  
mo DN. ERNESTO SULTEMANNO,  
Senatori, feliciter elocata, Senorumque libe-  
rorum Mater facta est. Filiarum tertia, in  
DANIAM non ita pridem cum Avunculo DN.  
CHRISTIANO GERDESIO concessit;  
Virginum elegantissima, Matrisque necem acer-  
bissimè, si vel maximè loco posita remotiore,  
lugens. AdFUNCTÆ quod attinet mor-  
bum, *colicum* eum fuisse accepimus, arctissimè  
hærentem, & cotidie majora capientem in-  
cre-

crementa. Sanè quidem omninò omnia, quæ  
natura mali requirebat, & decumbentis condi-  
tio admissura videbatur, adhibita fuere reme-  
dia; nihilque prorsus *Experientiss.* & *Excell.* DN.  
D. PAULLUS STOCMANNUS omisit eo-  
rum, quæ restituendæ Aegræ crederentur fa-  
ctura; sed enim longè fuit adfectus pertinacior,  
quàm uti ullâ ope humanâ debellari quiret. Ac-  
cedit, quòd ipsa etiam senectus (septuagenaria,  
jam erat CLINICA) vivendi tandem finem  
impositura, sacrinulas colligere, alioque migra-  
re juberet. Quod cum brevi futurum augura-  
retur, confugit ad Eum, qui minimè frustrare-  
tur, aut spe inanem abire permetteret. Quem  
tantâ profectò fiducia animi Adjutorem invoca-  
vit, uti mirari meritò subeat, in ipsis jam quasi  
mortis faucibus constitutæ, tam intactum men-  
tis robur, tantamque *παρηγορίαν* adfuisse. Utque  
eò in REDEMTOREM spes & fiducia fo-  
ret firmatior, advocandum studiosè curavit,  
VIRUM *Maximè Rev. Ampliss. & Excellentiss.*  
DN. HINRICUM MÜLLERUM, S. S.  
Theol. D. & Prof. celeberrimum, Superinten-  
dentem apud nos gravissimum, COLLEGAM  
Fautoremque nostrum honoratissimum, qui  
non

non diu cunctatus adfuit, & quum jam moritura supremo sese non ita pridem viatico devotissimè instruxisset, prævit saltem eidem repetitq; quæ fini feliciter consequendo omni ex parte crederentur servitura. Dici enim nequit, quanta eâ in re VIRI virtus, quantusque sit SPIRITUS! NOSTRA brevipost expiravit, & grande sui reliquit DN. GENERO, Filiabusque, quin Nepotibus, Neptibusque desiderium. Vestrarum partium fuerit, CIVES ACADEMICI, FUNCTÆ frequentes ire exequias. Quod uti prolixè faciatis, cum VIR TUS ejusdem, tum, quâ nata est, eximia Familia monere vos possunt. Nos verò etiam studiosè id ipsum serioque abs vobis contendimus.

P. P. Sub Sigillo RECTORATUS; die XXVII. April. A. 1675.














crementa. Sanè quidem omn  
natura mali requirebat, & decur  
rio admissura videbatur, adhibi  
dia; nihilque prorsus *Experientiss*  
D. PAULLUS STOCMANN  
rum, quæ restituendæ Agræ ci  
tura; sed enim longè fuit adfect  
quam uni ullâ ope humanâ debella  
cedit, quod ipsa etiam senectus (s  
jam erat CLINICA) vivendi ta  
impositura, sacrinulas colligere, a  
re juberet. Quod cum brevi fut  
retur, confugit ad Eum, qui min  
tur, aut spe inanem abire permitt  
tantâ profectò fiducia animi Adj  
vit, uti mirari meritò subeat, in  
mortis faucibus constitutæ, tam in  
tis robur, tantamque *αληθινότητα* ad  
cò in REDEMTOREM spes  
ret firmatior, advocandum stu  
VIRUM *Maximè Rev. Ampliss.*  
DN. HINRICUM MÜLLE  
Theol. D. & Prof. celeberrimum  
dentem apud nos gravissimum,  
Fautoremque nostrum honorati



quæ  
ondi-  
eme-  
DN.  
t co-  
r fa-  
cior,  
Ac-  
ria,  
em,  
gra-  
ura-  
are-  
zem  
oca-  
vasi  
en-  
que  
fo-  
vir,  
tiff.  
S.  
en-  
AM  
qui  
on